

54, f. 116.

7. *Quomodo media illa quæ hactenus per arma tentata sunt ad reducendam ad fidem Angliam plus Catholicis nocuerunt, quàm profuerunt.*

Eruditissimum et grauissimum virum Doctorem Saunderum in Hiberniam misit Rex Catholicus* cum 100 Hispanis, promissis amplioribus militum et pecuniarum subsidijs, at deceptus periit cum milite Saunderus, et Magistratus irritatus cepit domi in Catholicos sæuire.

Antè Sanderum Comites Northumbriæ et Westmerlandiæ arma pro fide Catholica restituenda sumpserunt regis Catholici promissis incitati, at delusi à Rege tam sancto miserè perierunt.

In Scotia Comites Angusius, Huntleus, et Erolius à Regis Hispaniæ Nuncio iussi et animati certissima subsidiorum spe arma sumpserunt, sed falsi spe, et turpissimè derelicti, post partam unam uictoriam et sanguinis effusionem fugere sunt coacti.

In expeditione anni 88. nihil minus cogitauit Rex Catholicus quàm de Religionis negotio componendo, nusquam enim adduci potuit ut cum Sixto V^o et Card'li Alano aut tempus profectionis aut conditiones administrandæ rei post partam uictoriam communicaret. Vnde Catholicis magna parta est ex illa expeditione inuidia, multi occisi, leges capitales factæ, cum tamen nihil minus in illo negotio quàm Catholicis benefacere cogitauit Rex, si uera sunt quæ de intentione sua narrantur, quæ adhuc, ut opinor, à Catholicis Anglis nescitur.

54, f. 116b.

In expeditione anni 96. licèt cum P. Personio et Creswello communicata fuerunt omnia, et sacerdotes et Jesuitæ Angli ab ijs in illa protectione missi, tamen adeò uel intempestiue, uel inconsultè, uel temerè rem gesserunt, ut hæc etiam molimina Catholicis domi capitalia haberentur.

Anno 97 P. etiam Cresuello et Tancredo consulentibus facta est

* This is not quite accurate. The pope, Gregory XIII., not the king of Spain, in 1579 sent Sanders as his agent into Ireland, with Fitzmaurice, who was nominated General with a commission to raise troops in the pope's name. Philip secretly aided the enterprise, and subsequently sent reinforcements. See *Calendar of Spanish Papers* (Eliz. vol. ii. p. 166).

alia expeditio maritima, missis unâ sacerdotibus et Jesuitis Anglis, sed tam tenuiter, tam imprudentèr, et ut uerendum est intentione non ita syncera, ut præter odium et uexationem Catholicis nihil præterea Ecclesiæ commodi attulerunt isti conatus.

In Hybernia Anno 1601 pari fortuna et inconsideratione res gesta est, falsis enim relationibus et informationibus decepti pij principes, zelo moti, dum Catholicis cupiunt consulere, in Catholicorum perniciem persecutorem animant, et hæc omnia duorum uel trium Jesuitarum impulsu.^a

8. *Multa sunt quæ intentiones Regis Hispaniæ de iuuandis Catholicis suspectas reddunt non Catholicis solum Anglis sed Principibus alijs Catholicis.*

P^{mo} in Gallijs omnes illi prætextus de Religione Catholica tuenda huc redierunt, nimirum, ut Galli Infantam pro Regina sua reciperent nuptam Principi alicui gallo, ita tamen ut ius Regni penes illam maneret, quod ipsum in Anglia uerentur.

2°. Pater Critonius Scotus Jesuita in Apologia quam scripsit, 54, f. 117. aut scribi iussit, et presentari et exhiberi curauit principibus pro Rege Scotiæ, his utitur uerbis de libro successionis P. Personij sermonem faciens : Etenim probè nouit Catholicus [?] ^b libellum illum

^a The reference here is perhaps chiefly to Father James Archer, chaplain of the Spanish forces, and his assistant, "Father Dominic" Collins (or O'Callan). Father Dominic appears to have been a temporal coadjutor. He had served as a soldier or captain for many years in the French and Spanish armies, and after the capitulation of the Spaniards at Kinsale this "illadvised lay brother" (as he was called by his brother Jesuit in Ireland, Father Field), "full of ancient military ardour, remained behind and repaired to a castle [Dunboyn]," where after a siege of many months he was taken, and afterwards hanged. (Oliver's *Collections*, 240, 244.) About that time or in Feb. 1603, there were five Jesuit missionaries in Ireland, of whom Father Field was the Superior.

^b "Catholicus." So it appears to be written, though it may be, even so, a copyist's error for "Cecilius." The quotation, as it stands, appears somewhat disingenuous. For Father Creighton's *Apologie*, which I printed in "Documents illustrating Catholic Policy" (*Miscellany: Scottish History Society*, 1893), was directed against Dr. Cecil himself; and the Jesuit, who certainly disapproved of Parsons' treatise,